



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 156. Statuta Salisburgensia pro Clero.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

Sæc. XVII. tate obstitisset, ob quam in eos acerbis.  
 A. C. 1616. tam acriter perstrictus fuit a P. Ju-  
venco, qui eum *novæ doctrinæ Calvi-*  
*P. Juvenc.* *nianæ ni apertum, saltem occultum fuis-*  
*Jes. in hist.* *se Patronum asserit, eumque annume-*  
*Sec. l. 18.* *rat illi hominum generi, quod ubique 'Je-*  
*p. 5. n. 8.* *suitis inimicum & infestum est, quamvis*  
*pag. 44.* *ejus orthodoxya omnibus perspecta a*  
*Parisieni Senatu sub Ludovico XIV.*  
*Galliarum Rege strenue vindicata fue-*  
*rit. Hæc autem vexatio constantem*  
*Harlæi animum frangere haud poterat,*  
*palam professus, quod Dei honorem,*  
*& Regis incolumitatem pluris haberet,*  
*quam propriam vitam: tandem vero*  
*senio, morbisque oppressus, Offi-*  
*cio suo sponte decedens, privatamque*  
*agens vitam, quæsita solitudine velut*  
*in mortis præludium sese toto quinquen-*  
*nio ad finem vere Christianum accin-*  
*xerat, postremum vitæ suæ momen-*  
*tum tranquille præstolatus.*

## §. CLVI.

*Statuta Salisburgensia pro Clero.*

*Concil.*  
*Germ.*  
*Schanat pag.* Postquam Marcus Sitticus Comes ab  
*264. tom. 4.* Hohems Archiepiscopus Salisbur-  
 gensis Heterodoxos ex Universa Sa-  
 lisburgensi Provincia proturbaverat, to-  
 tam suam diæcesin ipsus perlustrans,  
 varia,

varia, eaque salutaria pro universo suo Sæc. XVII.  
Clero decreta condidit, quæ hoc anno A.C. 1616.  
die septima Octobris confirmata iterato  
prælo subjicit: ex his duntaxat magis  
specialia adducemus. Primo igitur  
decrevit, ne Parochi unquam crimina  
subditorum mulcta pecuniaria plectere  
præsumant, nec hæreticorum doctri-  
nas falsas, eorumque argumenta apud  
rude vulgus, nisi loci & temporis con-  
ditio requirat, in Concionibus refe-  
rant. Præscriptum quoque, quod Me-  
dici & Ludimagistri, priusquam suo  
fungantur officio, Catholicæ fidei pro-  
fessionem emittant, Baptisteria vero ab  
Ecclesiarum medio ad Ecclesiæ ingref-  
sum transferantur, sicut & Altaria, si  
quæ sub suggestu vel organis sita sint,  
alio transferantur, vel omnino tollan-  
tur, si eorum fundationes id permit-  
tant.

§. CLVII.

*Viringi, Pitjii & Peregrini obitus.*

Non pauci ex literatis hoc anno æter- *Miræus*  
nitatis viam ingredi cogebantur, *Script.*  
quos inter recensendus venit celeber *Sæc. XVII.*  
Medicinæ Professor, Sacerdos, & Ca-  
nonicus. Erat is Joannes Valerius Vi-  
ringus patria Lovaniensis, qui artem  
Medicam, quam in sua patria per plu-  
res